



colorchecker CLASSIC



x-rite

mm



Albertus

Maximus

Mathed

A. M. M.

de


de

no

1818

618





~~1107~~

~~27992~~

XV. Sieck.

618



Table Des ouvrages Continus dans ce Recueil.

Michaeli Alberti De memoria artificiali lib.  
pag. I. ~~1102~~

ars memoriae et oblivionis auctore adamo Brucio  
pag. 13.

Ejusdem nomenclator memoriarum. pag. 82.

arte memorativae Mathaeoli tractatus cum nonnullis  
plinii et gordani documentis. pag. 117.

joenix petri Tomatii memoria magistri. pag. 125.

jaeoli publici in arte memoriae lib. pag. 141.



*[Faint, illegible handwriting at the top of the page]*

*[Faint handwriting, possibly a title or reference]*

*[Faint handwriting, possibly a title or reference]*

*[Faint handwriting, possibly a title or reference]*

*[Faint handwriting, possibly a title or reference]*





*Impressum in a semis*

*3<sup>e</sup> part 117.*

**Artis memoratiue Matheo  
li Serusini medicine Docto**

**ris præstantissimi: Tractatus vtilissimus; cum nōnulis  
lis Plinij et Gordani documentis.**

*- f. 3.*

*Sancas oramus amantij*

*Grille*



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY





118

# Tractatus clarissimi phi

Iosphi et Medici Matheoli Perusini; de Memoria augenda per regulas et medicinas.

Præfatio.

Iam diu Brocarde et Bonauentura viri dignissimi replicatis precibus me sepiissime prouocastis: vt aliqua de memoria nutrienda et augenda colligerem; quam rem egovobis sepe pollicitus sum; sed tenuit me diutenus continua agendarum rerum occupatio. Statui tandem votis vestris parere; et ita domino adiutante aliqua; et ea vt puto digna & vobis vtilia aggregabo. Dicimus igitur q̄ de hac materia nullū hucusq; inuenimus; qui complete tractaret; adiungendo scilicet medicinalia cum alijs rebus; que artificiose memoriam augēt. Alij enim vt Cicero; maxime de artificiosa memoria tractarūt; quo pacto scilicet regulis habitis; potuisset memoria augeri. Ad consimile autem propositum; tractatum vnum vidi; quem Guilielmus de Brisca notabilis philosophus atq; medicus cōposuerat. Medici vero econtra tam noui q̄ veteres; ad memoriam recuperandam; si perdita esset; et ad habitam fortificandam; solum remedia medicinalia scripserūt. Ponamus igitur simul vtrunq; studium; vt complete discamus memoriā gubernare. Erunt igitur capitula duo. In quorum primo ponemus; quomodo possimus memoriā artificialem augere beneficio regulari. In secundo vero dicem⁹ qualiter id etiam fieri possit beneficio medicinarum.

## Capitulum primum de

artificio Memoriae augende per regulas et documenta.

Dicemus itaq; q̄ circa memoriā aut potenciā memo

Guilielmus  
notabilis

forma tractatus



radi duo opa habemus: vnum quod dicitur memorari:  
 aliud reminisci: licet reminisci non sit principaliter me-  
 moratiue opus: imo estimatiue: licet hoc sine memo-  
 ria fieri non possit. Ideo Philosophus duas distinguit  
 potentias: quarum vnam vocauit memoriam: et al-  
 teram reminiscentiam. Prius ergo de memorari: deinde  
 de reminisci dicemus. Memorari igitur est retines-  
 re et conseruare imagines rerum: prius ab anima per-  
 ceptarum. Primum igitur que bene meminisse volu-  
 mus: dum ea discimus vel audimus: oportet multum  
 attente & profunde mentem apponere: sic enim diuicius  
 et firmius in memoria remanebunt. Nam que superficiali-  
 ter et sine attentione videmus et audimus: et si frequen-  
 ter: tamen cito ea labi a memoria experimur. Et ideo  
 dicit Aristoteles: quedam semel/scilicet attente videns  
 tes: melius memoramur: quam altera multotiens/scilicet  
 et non attente. Vnde apud Platonis Thimeum scribitur  
 Ego ut probum auditorem decet: sine sermone sub  
 silentio mentem atque aures per arabo. Est autem et hoc  
 documentum siue elementum: utile multum ad addiscendum  
 Nam is est maxime docibilis: qui attente paratus est  
 audire: ut scripsit Tullius primo nouorum Rhetoris  
 corum. Cuius ratio hec est: quia ut secundum de anima ha-  
 betur. Actus actiuorum sunt in patiente et disposito:  
 attentio autem magna: auditorem disponit et parat: ad  
 profunde et perfecte reassumendum: prius tamen intel-  
 ligendum. Conseruatio enim sequitur intellecta: nulla  
 enim obseruant nisi prius intellecta. Vnde Georgias  
 ut fertur bene dixit: ubi intenderis: ingenium valet.  
 Felix itaque qui cum attentione audit atque studet.

Secundum admonitum est quod in audiendis delecta-  
 ri et admirari: ad memorandum multum valent. Nam  
 in quibus delectamur & admiramur multum eis inten-  
 dimus: et in eis profundamur et detinemur. Attentio

Platonis Thimeo

x lā

pri

Auctas

Elais

Memoria est aliam apprehensum a sensu per intellectum  
 perata respiciens



autem magna et maxime profunda ut dictum est: ad  
 memoria valet. Valet igitur et admirari & delectari  
 in his: que attentione & profunditatem inducunt.  
 Huius autem signum maxime habemus in pueris:  
 qui quia multum delectantur in formis: & in signis res-  
 rum propter hoc: quia eis noue & insuete sunt eas-  
 rum bene memorantur. Unde dicit Auerrois: quod ho-  
 mo memorat multotiens: quod fecit in puericia bo-  
 na rememoracione: quia homo in puericia multum  
 amat formas & figuras: et multum in eis delectatur:  
 et admiratur: quapropter figuntur in eis bene: et pro-  
 pterea difficile dimittunt. Aliam tamen in proble-  
 matibus de pueris: & eorum memoria / causam  
 assignat Aristoteles: sed illam velut rei nostre imper-  
 tinentem hic dimitto. Unde Tullius secundo Rhetor-  
 icorum. Quae acciderunt in puericia / meminim<sup>9</sup> opti-  
 me: sepe propterea: quod nulla nisi noua aut admirabili  
 re commouetur animus. Vtile est igitur: & si ita non sit:  
 reputare scienciam in qua studes: esse valde bonam et  
 honorabilem: & excellentem atque magnam: & paucis  
 notam: et non tantum scienciam sed etiam Doctorem  
 quem audis. Nam bona & honorabilia appetim<sup>9</sup> &  
 amamus: magna autem aut rara admiramur. Sed si  
 despicias aut spernas scienciam in qua studes: vel do-  
 ctorem a quo audis: non bene percipies / nec retinebis.  
 Unde inter clauas sapiencie: ponitur honor Magistrum.  
 Quare non est mirandum: si auditores huius seculi  
 parum proficiunt: quia de se confidentes: Magistrum  
 spernunt: quare tales proficere non videmus. Rur-  
 sus et tertium est ad monimentum: quia memoria ho-  
 minum labilis est: et turbe non sufficit / ut dicit Seneca:  
 necesse est breuia & pauca esse que memorari vo-  
 lumus. Ideo oportet ea que facilius retinere volum<sup>9</sup>:

rei memorandi

Amore

Ar. lib. dicit  
 quia a mltis p  
 sunt dimemor  
 ho p d b a n t o r

parab / o

Tullius

accide

Ser. p. 19



iiij

Intelligere no est sine sensu suare Ar. lib.



veris p[ro]p[ri]is memorandis q[ui]bus ad p[ro]p[ri]os f[er]unt et mon  
propter nimiam frigiditatem Helle 3 A

ad summā quandam & paucitatem reducere: hoc em̄  
modo facilius retinebimus: et p[ro]pter hanc totius me-  
moriā habebimus in summa illa: et ideo cōmuni ad  
quod reduximus/omnia includunt. Vñ dicit P[ro]p[ri]us  
tercio topicor[um]. In argumentacionibus proposiciōes  
mēorabiliter scire oportet. Nam velut in memoriali  
proposiciones cōmunes tantum positę: statim faciūt  
illa memorari. Contrario igitur modo procedere de-  
bet discens & memorans. Nam que discimus/opor-  
tet per plura explicari & diuidi. sed que volumus me-  
minisse: colligere & breuiare oportet. Vnde per opti-  
me dicitur ab Hugone in Didascalicon. Sicut ingeni-  
um in diuidendo inuestigat/& inuenit: ita memoria  
colligendo custodit. Oportet ergo vt que discendo  
diuissimus: cōmendando memorię colligamus. Col-  
ligere autem est/vt ea de q[ui]bus prolixius scriptum v[er]o  
disputatum est: ad breuem quādam et cōpendiosam  
summā redigamus. Habet namq[ue] omnis tractacio ali-  
quod principiū: cui tota via & vis sentencie innitit:  
et ad ip[s]um cum talia referunt: hoc querere & conside-  
rare: colligere est. Quidam fons est cuius multi sunt  
riuuli: anfractus fluuij nō sequere: tene fontē & totū  
habes. Idcirco dico q[uo]d mēoria hominis hebes est: et bre-  
uitate gaudet: & si in multa diuiditur: min[us] in singul[is].  
Vñ & qui circa pauca occupant & sollicitant: meli[us]  
memorant. Quare exempli gracia: quando quis de  
fero multa legerit: & illorum voluerit memorari: res-  
ducat illa in quendam breuem numerum: & sic om-  
nium facilius memorabitur. Adhuc autem quāt-  
tum ad monumentū erit: quia memoria hominis las-  
bilis est: oportet cum multa memoriter discere volu-  
mus: ea per partes secare minutas: et diuissim & non  
simul illas p[ro]legere: & vna particula memoriter scita:

Colligere est

omne p[ro]p[ri]e  
ni memorabile

Prima e[st] frequētia mēditatio circa memorabile  
Secunda e[st] forte mēditatio circa p[ro]p[ri]a nō quādam  
ex vna p[ar]te mēditatio circa aliquod fit nichil mēditatio  
Tercia e[st] admiratio de obiecto memorabile



aliquantulum pausare; deinde prima repetita ad se-  
cundam/deinde ad tertiam; et sic per ordinem vsq; in  
finem perueniendo; sic cum non est difficultas nec te-  
dium. Vnde Marcianus in Rhetorica sua. Si longio-  
ra fuerint addiscenda; diuisa per partes facilius inhe-  
scunt. Vnde bene dicit ille poeta. Scire si vis hārem;  
tota sit separata minutim. Amplius & quintū ad-  
monimentū (vt dicit philosophus) meditationes me-  
moriā saluant; in reminiscēdo ac perpetuo retinen-  
do freq̄nter considerare et cogitare oportet q̄ colerua-  
re intendimus; sic enim nō contingit obliuio. Vñ Se-  
neca. Memoria nihil perdit; nisi ad quod sepe non re-  
spicit. Vnde scribit̄ in Didascalicon. Principiū in le-  
ctione; est consideratio & confirmatio in meditatioe  
Vnde recte meditatio; interpretatur mentis dictatio;  
Egregie igitur hoc admonimentū & anteproximū;  
quę maxime ad memoriā conferūt; simul tangun-  
tur in Didascalicon his verbis. In omni doctrina; bre-  
ue & aliquid certum collige; quod in arcula memo-  
rię recondat; vnde postmodū cum res exigit; aliqua  
deriuent; vnde hec etiam sepius replicare; & de ven-  
tre memorię ad palatum tractare necesse est. Vñ ro-  
go te ne multū legeris quisquis es (sicut multi faciūt)  
si multa legeris; aut mltā legendo percurreris; sed le-  
rare; si mltā q̄ pcureris / intellexeris; & nō; tm̄ si intel-  
lexeris; sed cū retinere potueris. Discursus sup oīa fu-  
gias; vt sc̄tūs Thomas dicit in epistola sua Didascala  
ad fratrem studentē. Examina igitur teipsum cum le-  
gis; & quantum tenere poteris; tantum legas; si vis  
memoriā exercere; sed si vis tonum illum lectionis  
habere; & in eo delectari; legere potes quātum desi-  
deras; sed parum inde retinebis; quod pulchre glo-  
riosissimus Thomas; dicit vt retulimus; discursum

120.

Marcianus

Meditatio  
plurimo

Seneca



Thomas



super omnia fugias. Alias enim nec legere multū prodest: nec intelligere prodest: inquam ad memoriam: Si enim legimus multa/que tenere non possumus: siue illa intelligamus/siue non: illorum non memorabimur: quę enim tenere non possumus: nec illa memorari: cum memorari & tenere idem sint: vt ab origine prædiximus. Et sic iam de arte & modo memorandi satis sit dictum. Consequens autem est doctrinam et artem reminiscendi tractare.

De reminiscencia.

Cum itaq; secundum Aristotilem ordo et cōsequencia reminiscibilium causa sit reminiscēdi: oportet ea quę ornm vnum per alterum reminisci volumus ordinationem & consequentiā habere: cum reminisci quod memorari dicitur: sit per aliqua in memoria retenta inuestigare: & reinuenire oblita. Ad inuestigationē ergo obliutorum vt reinueniantur: necessario est requirere ordinem illorum/quorum intendimus reminisci. Vnde dicit Philosophus. Quę bene ad inuicem ordinata sunt: bene sunt reminiscibilia. Quę vō male: grauitur. Ideo oportet ea in quibus studemus: si bene ordinata sunt/meditari frequenter: & in consuetudinem secundum ordinem illum illa reducere: si autē non bene ordinata: debemus ea quantum possumus ordinare: et secundū illum ordinem meditando consuescere. nam si ea in quibus studemus nunc vno modo vel ordine: nunc alio consideremus: ordo eorū nō confirmabitur in nobis: sicut dixit Seneca. Non cōualescit planta/quę sepe transfertur. Debemus igitur ea quorum facile reminisci volumus: a principio bene ordinata capere: vel a rei natura vřa Magistris: vel a nobis ipsi: et illa secundum ordinem illum consuetudini reducere. Secundum documentū dicit Phi

impennia no  
mbria hęc qđ ea

7: Reminiscencia nō est in hōidly: ~

27 Januarius



losophus: quo ordine primo res apprehense sunt & considerate ab anima: eo ordine se hnt motus: id est impressiones facte in anima ex eorum apprehensione. Motuum autem ordo & consequentia causa est reminiscendi: ex eo enim q post primū motum natus est sequi secūdus: reminisci cōtingit/vt dicit Philosophus. Oportet igitur a primo & per ordinem incedere: ad rehabendū oblitum quod querimus: propter hoc enim/& propter consuetudinem qua ordo ille est: velocius nobis occurrit oblitum. Vnde videmus cum in aliqua arte sumus noui: si per ordinem quod audiūmus incipiendo interrogemur: facilius respondemus: si autē ordine mutato respondebim⁹: id fiet male: aut cum difficultate. Vnde & pueros cū aliquid quod legerunt/referunt: si alicuius consequentiū sint oblitū: precipimus a capite inchoari: sic enī aliquoties a principio iterando: id eorum occurrit memorijs: quod prius erāt oblitū. Tertium documentum: dicit enī Philosophus q ex vno similitum cōtingit reminisci alterius: vnde cum fuerimus oblitū cogitare de Virgilio: nobis occurrit Homerus: cū Auerrois dicit q mem orari cōtingit propter suum simile: et ita debemus illud sepe reuoluere: et sic facile oblitū reminiscemur. Quartum documentū. nos ad reminisci iuvat cogitatio contrarij: vt dicit Philosoph⁹ vt cum cogitamus Achillem: venit in mentē Hector: cuius eramus oblitū. Quintum documentū. dicit Aristoteles q locus vbi aliqua tractauimus: principium est reminiscendi. Vnde vtile est locum considerare/in quo dicta aut facta sunt illa: quorum volumus reminisci. Vnde Cicerō pro memoria artificiali habenda docet si abilitū quedam loca: et illis cogitatis/facile venimus in oblitum. Sextū documentū: quia

87

em

ind



pena p[ro]p[ter] q[uo]d r[ec]ordari aliq[ui]s vult et dicit p[ro]p[ter] q[uo]d  
oia r[ec]ordari aliq[ui]s vult et dicit p[ro]p[ter] q[uo]d

fantasia multū ab imaginaciōibus mouet: oportet sta-  
bilire quasdā imagines; que similitudines habeāt cum  
his/que volumus recordari. Exemplū si volumus re-  
minisci pontis curui q[ui] est vnus de pontib[us] Patavinis:  
ponemus in memoria vnū pon tē magnū: & vnū ho-  
minē curuū: & sic facile pont is curui reminiscimur.  
Hoc enim documentū cum supiore est fundamentū  
artificialis memorie Que igit ad artē & doctrinam  
memoradi & remiscendi p[ro]nēt viri digni hęc dixisse  
sufficiant. Qui autē plura de hmōi legere desiderat:  
videat vberiorē tractatū nostrū: qui ē a nobis de hac  
materia cōpositus. Multa q[uo]dem adduxim[us]: eciam ad  
verbū eorū: q[ui] ab alijs p[re]cipere potuim[us] vt sermo nos-  
ter cōplector esset. Nūc v[er]o ad medicinalia trāseam[us].

## Capitulum Secundum.

Conseruare vel augere memoriā cum medicinalibus  
opus est laboriosissimū: quia thesaurus iste bonā cor-  
poris dispositionē requirit: & optimū vite ordinē. Pos-  
nemus tñ aliq[ui] subcincta/q[ui] apud n[ost]ros auctores erunt  
multe vtilitatis. Cōmuniter quia mēoria fit labilis ab  
humido & frigido: seruent[ur] iste regule q[ue] sequunt[ur].

Prima regula Corpus teneat mundū a sup[er]fluitati-  
bus. Vñ quotidie sit ventris bñficiū: et si nō naturale  
fiat artificiale. Vina magna fugiāt. Immo vtile ē: si q[ui]s  
vult bonam h[ab]ere memoriā/vt aliquot dies abstineat a  
vino: & loco eius aqua v[er]at[ur] zucari. Vitet acrimina:  
sicut allia & hmōi: & legumina omnia. Sup[er]uet cois-  
tum superfluū: & carnes facilis digestionis comedat.  
Acetum & acetosa: cepe ecia[m] maxime nocet: vt dicit  
Aucenna. Secunda regl[ula]. Buglossa & zinziber  
sunt optima memorie quomodolibet administrata:  
et maxime zinziber cōditū bis in ebdomada: aut ter

Quod dicitur quis p[ro]deat illa q[ui] vult r[ec]ordari in  
aliquo ordine redna

ne r[ec]ordari vel  
moral[is] p[ro]p[ter] q[uo]d

Quod dicitur q[uo]d p[ro]deat et attente m[en]tem apponet




ieiunio fitomacho: ad quantitatē castaneę de mane cap-  
 ptum. Tercia reglā. Mirabolani conditi sunt opti-  
 mi; scilicet semel in ebdomada sumere vnum. Sisim-  
 brum & est species mentę; secundum Auicēnam est  
 optimum. Quarta reglā. Confectio anacardina  
 ad quātitatem ciceris sumpta in ebdomada semel in  
 aurora: confert mirabiliter. Similiter diambra/secun-  
 dum Auicennā. Quinta regula. Oleum philosop-  
 phorum secundū Mesue mirabiliter occipicio inun-  
 cto: ex eo reparat memoriā. Hęc igitur sunt viri  
 digni medicinalia: q̄ inter alia sunt electissima p̄ con-  
 seruanda memoria; & ita finem facio.

3a  
 2a  
 5a  
 Mesue p̄m  
 dōz mpa

als oleū benedict  
 oleū p̄fite mag  
 p̄m dōz mpa

Explicit tractatus de memoria. D. Mas-  
 theoli Perusini/medicinę doctoris fa-  
 mosissimi edit⁹ in Italia. Impressus a  
 Martino Schotto/ciue Argen̄: quar-  
 to ydus Octobres Anno Christi. M.  
 cccc, lxxxx octauo.





Plinius libro. xxviij. caplo. iij. ad finem.

Subabstinere a cibo nimio aut potu: alias vino tantū  
aut carne: alias balneis cum quid eorū postulet valitu  
do: in presentissimis remedijs habetur: his remedijs  
adnumerat exercitatio: intentio vocis: vngue fricari  
cum ratione. Vehemens enim fricatio spissat / lenit/  
mollit. Multa adimit corpus: auget modica. In pri  
mis vero prodest ambulatio: gestatio: & ea pluribus  
modis. Equitatio stomacho & coxis vtilissima. Phthi  
si: nauigatio. Longis morbis: locorū mutatio. Item  
somno mederi sibi: aut lectulo / aut rara vomicione.  
Supini cubitus: ocalis conducunt. At proni: tussib⁹.  
In latera aduersum distillaciōes. Aristoteles & Fabiaz  
nus plurimū somnari circa vernum & autumnum  
tradūt: magisq; supino cubitu: at prono nihil. Theop  
phrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu:  
difficilius in supinis. Solum quoq; remediōrum ma  
ximū: ab ipso sibi præstari potest: sicuti lintheorū. stri  
giliumq; vehemēcia. Perfundere caput aqua calida:  
ante balnearū vaporacionē: & postea frigida saluber  
rimū intelligit. Item presumere cibos: & interponere  
frigida: eiusdemq; potu somnos antecedere: et si  
libeat interrumpere. Notandum nullū aliud animal *Orp. l. 6*  
preter hominē calidos potus sequi: ideoq; nō esse na  
turales. Mero ante somnos colluere ora: propter halit  
tus. Frigida aq; matutinis impari numero: ad cauē  
dum dentium dolores.

In lixiuio p locione capitis decoquat: bethonica:  
salua / maiorana: sticados arabicum / mellissa / roseru  
bee / organū / folia lauri: & fricetur hora locionis cas  
put vno ex trociscis ad hoc conuenientibus.



Documentum aliud pro memoria.

125.

Gordanus ad bonitatē memoriē scribit cōcurrere de  
bere. Primo bonā complexionē cerebri ad hu. & ca.  
vergentē. Deinde paucam auditiōē. Tercio quietē.  
Itaq; cum plerasq; causas annotent medici: quib<sup>9</sup> me  
moria ledat. Inter primarias & frequētiores est frigi  
ditas & hūiditas cerebri. In cui<sup>9</sup> curam talem dietam  
adhibendā docet Auicēna: vt sit aer luminosus. Mos  
uentur enī spiritus portantes species de ventre in ven  
trem. Preterea lumen calefacit & exiccat: e contrario  
tenebre. Sitq; aer calid<sup>9</sup> & siccus. Somnus autē mult<sup>9</sup>  
et diurnus nocet. Vigilie quoq; plurime resoluēdo  
similr nocent. Nocet ocū & quies. Valet autem exer  
citiū totius. Valent fricationes inferiorū: suaves / non  
dissoluentes spiritus: pectinatio quoq; grata capitis:  
ad exalatiōē vaporū. Valet gaudiū & ira: calefaciē  
do. Insup monet Auicēna abstinēdū a cibis retentiuis /  
gratiuis / vaporosis. Retentiui sunt: q retinent pro  
pter difficultatē digestiōis & stiptitatem. Gratiui  
qui sunt nimie quātitatis: aut ex modo materie vt dū  
ri: v<sup>9</sup> viscosi. Generalr vero caue cibos fri. & hu. actu  
et virtute: et vtere siccis: vt assis & speciebus calidis.  
Caput nō abluat aqua calida: ppter humectaciōem  
cuis: & minus frigida: sed lixiuio. Valet etiā sapor  
de sinapi. Potus sit aqua mellis: vel secundū Auicēn.  
nam vinum aqua dilutū. Preterea zinziber conditū  
conducibile est: & in cerebro humido vigorandū est:  
pulvere zinziberis / nucismuscatae et masticis supas  
perfo. Valet multum dare rasurā eboris cum modis  
co vino: quia exiccat sine calefactione. Item lingua vp  
pupae suspensa collo vel brachio.

midium

16

N  
no fuit



Marcialis libro, x. Vita beata.

Vitam que faciunt beatiorem /  
Iocundissime Marcialis: hec sunt.  
Res non parva labore: sed relicta.  
Non ingratus ager: focus perennis.  
Lis nunq̄; toga rara: mens quieta.  
Vires ingenuę: salubre corpus.  
Prudens simplicitas: pares amici.  
Conuictus facilis: sine arte mensa.  
Nox non ebria: sed soluta curis.  
Non tristis torus: attamen pudicus.  
Somnum / qui faciat breues tenebras.  
Quod sis esse velis: nihilq; malis.  
Summū nec metuas diem: nec optes.

*Hæc vitam faciunt beatiorē*

Vide Augustinū de ciuitate dei, libro, xiiij. ca.  
xvi. De nociua Venere. P.S.

Vrit in affectu Venus anxia: sordet in actu.  
Inficit & foetet: quando patrat opus.  
Post factum fœcisse pudet: cito præterit illud /  
Quod iuuat: eternum quod cruciabit erit .





129.



102001



